



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam  
sententiariu[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione  
scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis  
creberrimis roborata**

**Colonie, 1506**

**VD16 T 655**

De sancto spiritu

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30585**

# De sancto spiritu

Aucti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi facit habitaculū. Expulsi inde cūctis vicijs spiritualib⁹.

Post⁹ autor in pcedēti sequētia determinauit materiā ascēsionis dñi. in qua docuit sp̄m sc̄m fuisse pm̄issum. hic tā exēctur effectū pm̄issionis descriptēs diuinā naturā sp̄ūsc̄i di. (Bratia). i. benignitas (sc̄tis h̄is assit) id est dignet adesse (nobis) sc̄z hoib⁹ (q̄) sc̄z grā (faciat corda nr̄a) .i. mentes (habitaculū) i. habitatōem (sibi expulsi) .i. remotis (inde) .i. a cordibus nostris (cunctis vicijs spiritualib⁹) .i. om̄ib⁹ peccatis

Spiritus alme illustrator hominum. Horidas nostre mentis purga tenebras.

O (alme) .i. sancte (sp̄ūs) sc̄z existēs (illustrator) .i. illuminator (hoim) q̄ tu es ignis illuminās. tu (purga) .i. illumina (horidas tenebras) id ē ignorātias (mentis nostre) .i. intellectus nostri

Emator sancte sensatorum semper cogitatuz. Infunde vnciōnem tuam clemens nostris sensib⁹s

O (sancte amator sensator⁹ cogitatuz) .i. sapientū meditationū (infunde clemēs) .i. clemēter (tuā vnciōem) .i. grām (nr̄is sensib⁹) sc̄z exteriorib⁹.

¶ Notādū p̄mo. scribit Sap̄. p̄mo. Sp̄ūs dñi repleuit orbē terraz. In q̄ bus p̄bis duo p̄siderant. Primo sp̄ūsc̄i indesinēs grā. cū dī. sp̄ūs dñi. Sc̄do magnifica potētia eiusdē sp̄ūs. cū dī. repleuit orbē terraz. Quātu⁹ ad p̄mū dign⁹ ē ad inuocādū. Iz q̄tū ad sc̄dm potēs ē ad miracula faciendū. ¶ Circa p̄mū nota. iste termin⁹ sp̄ūs in sacra scripture diversimo do accipit seu exponit. Primo ponit p̄ iudicio recte rōnis. vii Ap̄lus ad Gal. Sp̄ūs p̄cupiscentiā carnalē. Seco exponit p̄ sp̄ūali intelligētia sacre scripture. vii Chorin. iii. Līa occidit sp̄ūs aut̄ viuificat. Tercio exponit p̄ aia. vii Beā. vii. Ex om̄i carne h̄ante sp̄ūm ingressē sunt in arcā Noe. sp̄ūm. i. siam. Quarto ponit seu accipit p̄ ira. vii ps. In sp̄ū vchementi teres naues. Quinto ponit p̄ supbia. vii in enāge. Math. v. Beatip̄ auperes sp̄ū. Sexto ponit p̄ diabolō. vii in euāge. Lu. xi. Cū imūdus sp̄ūs experit ab hoie rē. Septimo ponit p̄ vita. vii in Job. Sp̄ūs mens attenuabif. Alio mō exponit p̄ vēto. vii in Ero. Videl moïses sp̄ūm aghonit flantē p̄ meditū. Alio mō exponit p̄ phoie. vii ps. Recordat⁹ est. q̄ caro sum⁹. sp̄ūs radēs et nō rediens. Ultimo exponit p̄ essentia diuina siue p̄ grā q̄ a patre et filio p̄cedit. et sic sumit in symbolo Athanasij. vbi dī. Qualis pater. talis filius. talis sp̄ūsanctus. et sic eriam lumen h̄ic.

¶ Circa sc̄d m̄ nota. diuina bonitas repleuit orbē terraz. q̄r in p̄cipio creātōis m̄udi de⁹ vedit cuncta q̄ fecerat. et erat valde bona. nā deus creātōis seu p̄firmavit oia sub rōne boni. q̄ nihil ē qđ p̄ subterfugere rōem entis. eo q̄ bonū et ens queruntur. ¶ Itē nota. Ira dī grā. Vii nota. illeter

# Folium xlviij.

minus grā capiē triplū. sc̄ cōiter. p̄p̄re. et p̄p̄issime. Primo dī adiutoriū  
dei creature gratia ip̄sum, sine q̄ grā nulla creatura p̄t quicq̄ facere nec  
in suo eē durare. Sed o capiē p̄p̄re, et sic dī donū q̄ aliq̄s se p̄parat ad sus-  
cipiendū sp̄ūsc̄m, et illū grā interest reuocare libert̄ arbitriū a malo facien-  
do bonū. Tercio capiē p̄p̄issime, et dī quasi grā faciēs, et sic dī donū dei  
datū alicui ab intra ad merendū regna celestia. sine q̄ q̄ grā nemo p̄t mercari  
nec in bono p̄ficere, nec ad gloriam puenire. ¶ Itē nota. s̄m apl̄m ad Cho-  
rū. Lorda hoīm sunt habitaculū sp̄ūsc̄m. s̄m q̄ dī. Nescitis q̄ corda  
vestra sunt tēplū sp̄ūsc̄m. Et alibi. Nescitis q̄ sp̄ūsc̄m habitat in  
vob. cū ergo corda nostra sint habitacula sp̄ūsc̄m video digne petim⁹ ve  
expulsis n̄ris vicijs faciet nost̄p̄ habitaculū dignū ad recepcōem gr̄e sp̄i  
ritus sc̄m, q̄ nō habitat in corde subditō peccatis. ut dī Cap. primo,  
¶ Itē nota. autor peti sp̄ūsc̄m ut purget om̄ia vicia. Tbi nota. sicut  
virtutes sunt duplices. qdā corpales. ut fortitudo tēperantia r̄c. que  
alio noīe morales dicunt. et qdā sunt virtutes sp̄ūales seu intellectuales si-  
cū sapientia seu prudētia r̄c. Sic p̄oppositū duplices sunt iniqtates et vi-  
cia. q̄ opponunt istis. Quedā sunt vicia corporalia. ut incontinētia. inceperā-  
tia r̄c. et ista opponunt virtutib⁹ corporib⁹. Et qdā sunt sp̄ūalia q̄ opponunt  
virtutib⁹ sp̄ūalib⁹. sicut ip̄prudētia insipientia. cupiscentia et superbia.  
Doda autor in fa petit q̄ sp̄ūsc̄m purget nos a vicijs sp̄ūalib⁹. q̄  
talia hoīem maxime coinq̄nat. cū ista vicia p̄greditur ex intēctionē mēn-  
tis. nō em⁹ qd̄ in gredī ventrē coinq̄nat aīam. h̄ qd̄ p̄cedit ex corde. i. p̄az-  
ua intentōe coinq̄nat aīam Darii. vii. ¶ Itē nota. fa dī. amator. vñ sp̄i  
ritus sc̄m dī amator trib⁹ modis. Primo effectiue. q̄ efficit nos sua grā  
diligere dēū et p̄ximū. Sed formalē et exemplariter. q̄ p̄ ip̄m diligimus  
dēū et p̄ximū. Tercio p̄ modū in herentie. q̄ inheret aīe r̄onali cui in-  
duceat donū quo ip̄a anima diligit deum.  
¶ Pro terminis nota. assit ē p̄bū neutr̄. p̄positū ab ad et sum. mutādo d̄ in  
s. et caret sup̄int̄. Itē expulsus est p̄cipiū decōposite figure ab illo ver-  
bo expellor. Itē clemens ē nomē. et exponit h̄c adverbialē

Tu purificator om̄iū flagitioꝝ sp̄ūs. Purifica nost̄i oculum  
interioris hominis. Ut videri supremus genitor possit a nobis

Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi

¶ Hec ē sed ap̄s hui⁹ sequētē. in q̄ autor inuocat sp̄ūsc̄m amplificādo  
materiā hui⁹ petitoris dī. O (sp̄ūs) sc̄ lance. sc̄ tu existēs (purificator)  
id ē mundator (oīm flagitor). i. oīm petor. q̄ sunt macule aīe. tu (purifi-  
ca) id est munda (oculū) id est intellectū (nostri interioris homis). i. anti-  
me. nostre (ut sup̄emus genitor). i. pater celestis (possit videri a nobis-  
quē) sc̄ genitore (soli oculi mundi cordis p̄t cernere). i. videre. ¶ Notat  
dū. h̄ dī habere duplē oculū sc̄ interiorē et exteriorē. Per interiorē diser-  
timus vez a falso. et ille oculus dī cognitio r̄onalis. q̄ non p̄t p̄cipi sensu  
exteriori. q̄to ip̄a plus dirigi in deum tanto magis obscura. Sc̄ p̄ ocu-  
lum exteriorē cognoscimus res p̄ceptibiles visu. et q̄ petimus puritateus

## De sancto spiritu

ipsius intellectus. qd quod videmus absentia tantum presentia. et qd de teatus  
Tho. Nos viatores cognoscimur deum tantum in speculo trinitatis. Unde  
ad istum oculum regis cor mundum. qd cor imundum seu possum in umbra. i. in  
petis non potest prelari nec cognoscere deum suum. ¶ Secundo nota. qd materia pri  
sentis sequitur e demissione spiritus sancti. videamus qd est modus spiritus sanctus  
missus est. Tertio sciendum. qd spiritus sanctus mittit duobus modis. s. visibili et invis  
ibili. Invisibilis cum membris castis infundit. Visibilis cum aliquo signo visibili  
demostret. De primo in ea. Io. Spus ubi vult spirat. Juxta hunc de  
Bero. qd per oculum non introibit. qd non est coloratus neque per aures. qd non insonuit  
neque per os. qd aer non permiscetur. nec per fauces. qd nec bilodo nec ededo consumi  
tur. nec per tactum corporis. qd palpabilis non est. Quereres quid. cum ita inuestigabi  
les sint vite eius vestimenta cognoscemus. Dico quod ex mortuorum cordis intelligentia  
potest ei. ¶ Pro secundo sciendum. qd spiritus sanctus visus est seu missus in quadam  
specie visibili ad missionis invisibilis aliquo demonstratorem. Fuit enim  
primo missus in specie columba super Christum baptisatum Lu. iii. et Jo. pmo. ad in  
mendum baptismi in secunditate et baptismi simplicitatem. Est enim columba avis  
simplex et secunda. et haec sunt in baptismo virtute spiritus sancti. ¶ Secundo fuit  
missus in specie nubis lucide super transfigurationem Matth. xvii. Id huc eo loquente.  
Ecce nubes lucida obuberauit eos. ad innundum saluandum subtili  
tatem et salutis eternae claritatem. et haec due missiones visibles fuerunt anno Christi  
passionis. ¶ Tercio fuit missus in specie stellae super primos pastores ecclesie Jo.  
xx. quando Christus inflavit et dixit. Accipite spiritum. ad innundum platorum dignita  
tem et platorum ecclesiastice lenitatem. et hoc fuit post Christi resurrectionem anno eius  
ascensionis. ¶ Quartu fuit missus in specie ignee lingue. sicut et Actuum  
secundo. Apparuerunt apostolis dispartire lingue tantum ignis.  
¶ Pro terminis nota. Agitur id est quod per primum. nomine neutri generis secundum  
declinatibus. Item interior est nomine comparatiui gradus eorum generis ab  
adverbio intra. Item supremus est superlativus huius adverbij super. Item  
possum est verbum neutrale in consequence significans. et derivat a  
potis et sum. Item cernere est verbum transitum. et habet ab hoc verbo vi  
deo accommodatum preteritum secundum vidi.

Quando machina per verbum suum fecit deus celi et terre marium. Tu  
super aquas fotorum eas numen tuum expandisti spiritus.  
¶ Hic autem describit virtutem spiritus sancti dicentes. O sancte spiritus (tu expandisti nu  
men tuum). i. diuinitatem et virtutem tuam (super aquas fotorum) id est reselectus  
(eas). s. aquas (quoniam deus). s. pater (fecit machinam). i. fabrica (celi terre et  
marium). i. aquaz (per verbum suum). i. filium dei.

Tu animabus vivificantis aquas fecudas. Tu aspirando das  
spirituales esse homines.

(Tu) sancte spiritus (fecudas). i. fructificas (aquas). s. baptizas (animab  
vivificantis). i. renascendas scilicet ad vitam gressus. Et (tu das). i. facias (homini  
nes esse spirituales aspirando) id est gratiam infundendo.

# folium xix.

Tu diuisum p linguas mundū et ritus adunasti dñe. Idolatras

ad cultū dei reuocas magistrorum optime.

¶ O(dne) sc̄tē sp̄s (cu adunasti). i. in vñ gregasti (mūdū diuisum). l. distincū (p linguas) p idiomata (et rit⁹). i. p suetudies O(scr̄) sp̄s (opti me magistro) tu (reuocas idolatras). i. idola coientes (ad cultū) id ē ser uitiū (dei) Nota in littera rāgūn̄ q̄tu or Primo rāgī opus creatōnis toti mūdi cū d̄. fecit Sc̄do rāgī vtilitas baptismat⁹, cū d̄ e q̄s fecūdas Tertio fidei adunatio. cū d̄ adunasti Quarto errantū informatio. cū d̄ reuocas Lirea p̄m̄ nota. legit Bñ. p. In pncipio creauit deus celum et terrā p hoc p̄bū fiat. vñ Bern. Hoc p̄bū fiat est magne p̄tus. qr cū illa p̄bo oia creata sunt. sūlter tota terra est repleta. vñ p̄s Replebit maiesta te ei⁹ oia terra fiat fiat. Et illud p̄bum fiat excellēter attribuit teate p̄gint Primo in aure p angelicā salutārem Sc̄do in corde p fidei adhesionem Tertio in ore p p̄fessionē Quarto in vêtre p incarnatiōem Quinto i bra chīs p oblatōem. et oia ista siebat cū charitate De sedo legit etiā Bñ. p. vbi d̄ Sp̄s aut dñi serebat sup aquas. qd̄ sic exponit sp̄s dñi. i. intenſio vel volūtas dñi. serebat sup aq̄s. id ē sup p gerie elemētoz. sicut volun tas artificis sup materiā quā formarez ornare intendit Sz qdā doctores hāc xp̄ōnē sic exponit. sup aquas. i. sup diuinā potentia in qua sp̄s cōtēns est equalē patri et filio. et dicitur existo. qr an̄ creatōem mūdinec erat aqua subalīs nec elemētar̄. Ex illo ḡ mouet dubiū vbi de⁹ fuit ante creatōem mūdi qñ nihil erat. Sz neq̄ tempus neq̄ locus Et h̄ soluit in his p̄sib⁹ Dic vbi tūc esset cū p̄ter eū nihil eēt. Lūc vbi nūc in se. qr sic sibi sufficit eē Itē in euā. Jo. scribit. Opt̄ vos nasci denuo. et hec natūrāta sit p aquaz et sp̄m̄sc̄m̄. Et tertio legit Actuū. ii. Lūc p̄plerent dies pentecostes erane oēs discipuli in eodē loco. et fact⁹ est repēte de celo sonus tanq̄ adueniētis sp̄s vehenētis. et repleuit totā domū vbi erant sedētes De quarto nota q̄ sp̄s cōtēns potes est grām suā hoīb⁹ infundere et ad fidē reuocare. nam p̄tus ei⁹ est efficax et penetrabilior omni gladio. Unū ad Heb. iiiij. Unū ē em̄ sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiri. Et p̄ma ad Lorinth. xij. Nemo p̄ dicere dñs Jesus. sc̄z vere ita q̄ Jesus sit dñs ip̄s us et ip̄e seruus. nisi in sp̄s cōtēns. s̄ ip̄m̄ inhabitāte p gratiā.

Sc̄dū p terminis. numē idē est qd̄ sp̄s. et nomē neutri gn̄is Itē viuiscādus ē participiū futuri t̄pis illi⁹ p̄bi viuiscor. Itē futurus ē participiū futuri t̄pis a foueo es Sz idolatra ē nomē cōis gn̄is. et d̄ a noī mine idolū li. et aliq̄s seruīs idolis

Ergo nos supplicātes tibi exaudi propicius sanctesp̄s. Sine quo preces oēs calle credūtur et indigne dei aurib⁹.

¶ Nēc autor dirigit peritōes ad sp̄m̄sc̄m̄. et p̄mo facit h̄ Sc̄do oñdit q̄ bus miraculis p̄n̄ festū est p̄firmatū. ibi tu q̄ oñm̄ dicēs. Ex q̄ ita ē q̄ tu sc̄tē sp̄s rā mirabiles opacōes efficiſ (ḡo sc̄tē sp̄s tu exaudi xp̄ic⁹). i. cle mēter (nos supplicātes tibi). i. te humiliicer inuocāres (s̄me quo). i. sp̄san cro (oēs p̄ces). i. orōes (credūt). i. eē (calle). i. vane (et indigne aurib⁹ dei

i. i.

## De sancto spiritu

¶ Nota. oēs orōnes dicuntur casse et inutiles sine grā spūsserit. Cum rō est q̄ spūscritus est vera charitas q̄ diffusa est in cordib⁹ nostris p̄ spūscritum. s̄ sine charitate nullū opus placet deo. si ḡ nullū opus placet sine charitate deo. merita sine spūsancto q̄ vera charitas est nō placebunt. Itē q̄rere q̄s. q̄ die spūscritus missus ē. Rūdet q̄ in q̄nquagesima die. Et p̄ hoc dāt intelligi q̄ tria bona cū ip̄o venerantur. sc̄z legis pfectio. eterna remuneratio. et petōz remissio. De p̄mo dī glo. A q̄nquagesimo die agni imolati deſcendit spūscritus in igne. De sc̄do dī ibidē. Sieut q̄nquagesimo die post resurreccōem puerat̄ ē cū discipulis. ita p̄ q̄nquagesimā diem qua spūs dabaſ. denari⁹ eternae remuneratōis exprimit. De tertio dī glo. ibidē. Jo q̄nquagesima die spūscritus missus ē. q̄ indulgētie fuit in anno iubilatioñis. et sic p̄ spūscritum petā dimittunt̄. petores ad patriā reuocant̄. hereditas amissa reddit̄. et in iugō seruituris liberant̄. ¶ Itē nota. xp̄icuſ est aduers⁹ biū qualitat̄. S̄ cassus a um idē est qd̄ inutileſ.

¶ Tu q̄ omniū seculoz sc̄tos tui numinis docuisti instinctu amplecten‐  
do spūs. Ip̄o hodie ap̄lōs xp̄i donās munere in solito et cūctis inau‐  
rito seculis. Hunc diem gloriosum fecisti.

¶ Hic autor ostēdit q̄b⁹ miracul⁹ festū sit p̄secratū dicens. O sanctus  
(cu q̄ docuisti sc̄tos oīm seculoz). i. ab initio seculi (instinctu). i. inspiratōe  
tui numinis. i. p̄tutis (amplectēdo). i. p̄ grām circūdādo. tu (ip̄e) sc̄z es.  
(donās). i. remunerās (hodie). i. in die p̄tecostes (ap̄lōs xp̄i insolito). i.  
incōsueto (munere). i. dono (et inaudito). i. p̄us nō audito (cūctis serulis)  
id est ab oīb⁹ r̄gib⁹ et gentib⁹. q̄ dedit aplis nouū modū loquendi. Conſe‐  
quēter p̄nendat diem p̄tecostes dices. tu sanctus (fecisti hūc diem). i.  
p̄tecostes (gloriosum) id est decorum

¶ Atra. spūscritus dedit hoīb⁹ septē dona. q̄ Esa. enumerat. cap. xi.  
vbi magno desiderio p̄phetizauit adueniū xp̄i dicens. Egredies virga de  
radice Jesse. et flos de radice eius aſcedet. et sup̄ eū regeſcer spūs dñi. spūs  
sapie et intellect⁹. spūs p̄sili⁹ et fortitudinis. spūs sapientie et pieſatis. et reſ‐  
plebit eū spūs timoris dñi. Heclunt septē dona q̄ in veteri testamēto da‐  
ta sunt patrib⁹ solūmō do in p̄bis. sed data sunt aplis in vera missione.  
Itē sciendū q̄ spūscritus plurib⁹ de causis missus est. q̄ cause p̄phendūtur  
in Ioāne. xiiii. Paraclitus spūscritus quē mitter pater in nomine meo ip̄evos  
docebit oīa. Primo ad P̄olandū nos et infirmos adiuuādū. qd̄ notat eū  
dī paraclitus. Sed ad viuificādū mortuos. qd̄ notat cū dī. spūs. q̄ per  
spīn viuificamur. vñ Ezech. xxvii. Q̄ssa arida audite verbum dñi. et ego  
mittam in vos spīn et vos viuetis. Tercio ad saluandū iustos qd̄ innuit  
eū dī. In nomine meo. nomen eī filij est Iesus et interpretatur salus vel  
saluator. quia in nomine salutis pater misit spiritū sanctum ut ostēdat q̄  
ad saluandum gentes venit. Quarto ad docendum ignoratos. et hoc inſ‐  
nitur ibi. Ip̄se docebit vos omnia.

¶ Pro terminis nota. amplectendo est gerūdū illi⁹ verbī amplector  
erponit in actiua significatiōne. Item insolitus est nomen adiectiū et

# Folium

1.

**I**dem est quod inconsuetus. Similiter inauditus est nomen adiectivū & non participium. quia inauditor nō dicitur & dicitur ideo inaudito in littera. quia spiritus sanctus dedit apostolis nouū modum loquendi omnū linguis & hoc fuit prius inauditum

**E**nī sc̄t̄ sp̄ūs & emitte celitus lucis tue radiū. Ueni pater pauperum. veni dator munerum. veni lumen cordiū.

**N**ec est alia sequentia q̄ cantat in die pentecostes. in q̄ autor inuocat spiritum dicens. O (sc̄t̄ sp̄ūs veni) sc̄z p̄ grām tuā (& emitte celitus) id est de celo (radiū). i. splendorē (tue lucis). i. gratie. O (pater pauperum veni) & o (dator). i. clemens largitor (munerum) sc̄z oīm (veni) O (lumen) id est illustrator (cordiū). i. mentiū (veni) ¶ **N**ota. scribit Actuū p̄mo Accipier' p̄ virtutē supuenientis sp̄ūscti. Unū sciendū. q̄ hō accipit p̄ p̄tutem sp̄ūscti tria. sc̄z aīam. grām. & corona. De p̄mo dī ps. Qui nō accepit in vano aīam suā nec iurauit in dolo primo suo. Unū hō accipit aīam suā a deo inspirate. vt dī accipiat eā ab hoīe exprimate. hō accipit aīam ad vitā transitoriā. dī āt ad vitā eternā. Unū Ioan. in euāgeliō. Iterum venio ad vos & accipia vos ad meipm. Sed oī accipit grām. Unū nota. q̄ grāsis ue nūctio sp̄ūscti nō a fatuī sī a prudētib⁹ accipit. sicut hales de septem fūginib⁹ prudētib⁹. unū Dath. xv. dī. Prudētes p̄o fūgines acceperunt oleū secū in valis suis cū lampadib⁹. Per oleū intelligit grā sp̄ūscti. Unū p̄s. Oleo sancto vnti eū. Sz fatue fūgines accept⁹ lapadib⁹ nō sumperunt oleū secū. Et dixerūt fatue sapientib⁹. date nob̄ de olco vestro. q̄ lāpades n̄rē extinguiunt. Unū p̄ lāpades ardētes intelligit feruēs amor dei et p̄imi. q̄ē hō amittit q̄ grām sp̄ūscti nō h̄z. vñ fatuus litentius accipit potentia q̄ regnū celorum. & illis dī Amē dico vob̄. nescio vos. Tercio p̄ virtutē sp̄ūscti hō accipit corona. de tali aut̄ p̄tute sp̄ūscti dī Leo papa q̄ sp̄ūsctus desiderabat ab aplis. vt sancta ipsorum peccora accenderet & mundaret & mundata ulterius p̄firmaret. & p̄firmata ad eternam beatitudinē p̄pararet. post hoc vt corona eterne vite ip̄is tribueret. vnde Grego. Corona aurea sup̄ caput eius

**P**ro terminis nota. emito ē p̄bū transitū tercie singatōis hales emisi in p̄terito. Itē differunt celitus & celicus. q̄ celit⁹ ē aduerbiū q̄literis loci. & interptat⁹ quasi de celis. Sz celic⁹ aūm ē nomē adiectivū. Itē radius plura fēat. unū Ebrar. Textoū radiū dicas radium que q̄ lōlis Sed paup̄ est nomē adiectivū p̄pabile & mobile.

**C**onsolator optime dulcis hospes anime dulce refrigerium. In labore requies. in esitu temperies. in fletu solatium

**H**ic autor p̄mēdat sp̄ūsctū penes diuersa būficia dicēs. O sc̄t̄ sp̄ūs (optime p̄solator. o dulcis hospes aīe). s. n̄rē (o dulce refrigerium). i. recreatio s. veni. sc̄z ad nos (o redēs in labore) veni (& rēperies). i. mitigatio (in esitu). i. calore (z solatiū in fletu) ¶ **N**ota. autor p̄mēdat sp̄ūsctū

¶

## De sancto spiritu

principaliter in sex. Primo in solatōe quare dī paraclitus qđ interpretat  
solator. qz nullus est vt tristes et mestos solares. vñ Bern. solator sp̄is  
titus dī de peccis Itē Esa.lxi. Sp̄us dñi lug me et subiūgit. vt solare  
oēs lugentes Scđo p̄medat eū ex visitatōe. qz visitādo viuificat aias. vñ  
Ezech. xxvij. Ecce ego intromitā in vos sp̄m et viuetis Tertio p̄men-  
dat eū ex fortatōe. et p̄firmat amorē inter discordes et odiosos. et hoc tan-  
gitur in littera cū dī. dulce refrigerium. vnde in euangelio Joan. ip̄e pater  
amat vos Quarto p̄mendatur in requie laboris. qz ip̄e est reches in ope-  
rationib⁹ siue in laborib⁹ sp̄ualib⁹. vñ cum p̄tra malignos sp̄us certamen  
inire detemus sp̄us sanctus nobis adest p̄ cuius virtutem et gratia resistere  
possimus nostro aduersario. s. diabolo Quinto p̄menda penes tempe-  
rantia in calore. qz operationes nostras et tentationes modificat et tempe-  
rat. et hoc p̄z de sancto Joan. qz p̄ gratia sanctisp̄us illesus exiuit de doleo  
feruentis olei. Unde sciendū qz sp̄us sanctus penes septem eius dona sepe  
modis tentatōes nostras tēperat. Primo humilitat alta p̄ donū timoris  
qđ est p̄tra tentatōem supbie. Scđo dura mollificat p̄ donū pietatis. qđ  
est p̄tra temptationem inuidie Tercio obscura illuminat p̄ donū scientie. qđ  
est p̄tra auariciā Quarto mollia solida p̄ donū fortitudinis. qđ ē p̄tra  
tentatōem accidie Quinto fluida restringit p̄ p̄siliū. qđ est p̄tra tentatio-  
nem gule Sexto aiam clarificat p̄ donū intellectus. qđ est p̄tra luxuriam  
aiam maculantē. Septimo sursum facit tendere p̄ donū sapientie. qđ est  
p̄tra tentatōem ire. Sic sp̄us sanctus omnia vicia in nobis temperat ne ex  
multitudine vicioz dicamus. cū p̄s Qm iniquitates mee sup gressē sunt  
caput meū rē. Ultimo p̄mendat eū ppter subleuatōen nostram in tēpore  
tribulationis. et hoc innuitur in euangelio cū dī. tanq̄ ignis sediq̄ supra  
singulos eoz sp̄us sancti? Unde ignis triplicē hz naturā. scilz alta inclinat  
sursum tendit. fluentia p̄gregat siue coadunat. et hec tria intelligit triplex  
vis sp̄us sancti. scz inclinativa. eleuativa. et coordinativa Inclinativa. quia  
sp̄us sancti inclinat excelsos ad humilitatem Eleuativa. qz eleuat inferiora  
ad superiora. Coordinativa. qz inequalita equaliter ordinat et coadunat  
p̄ p̄formitatem. Item nota diceret quis. quare sp̄us sancti apparuit apo-  
stolis in specie dispartite lingue Respondetur. vt ip̄a lingua magis reges  
recur. qz difficulter potest refrenari Secundo. vt ip̄i scz apostoli possent fer-  
uenter loqui in p̄dicatōne Unde Bern. Venit sp̄us sancti sup discipulos  
in linguis igneis vt verba loquerentur ignea. et legē igneam p̄dicaret. Ex  
hoc dubitat quare sp̄us sancti apparuit in igne Respođet qz ignis precellit  
omnia elemēta in specie. in ordine. et in virtute Primo in specie pulcritudiz  
nis. qz nō est pulcrius elemētu rōne lucis in aspectu Scđo in ordine rōne  
sublimitatis. qz nullū elementū est igne sublimi Tertio in virtute rōne vis  
goris. qz ignis est maxime actiu inter alia elemēta. Sic etiam sp̄us sancti  
excedit oia in specie ordine et virtute Etia sicut ignis cremat. purgat. cales-  
cit. et illuminat Sic sp̄us sancti cremat petā. purgat corda. corporē excus-  
tit. et intellectū illuminat Sciendū p terminis. hospes ē nomē cōis ḡnis  
et dī quasi hostiges. i. hostiū perēs Reches ē nomē q̄nta declinatōis a req̄  
esco. Sz tēperies ē nomē quinte declinatōis a sybo tēpero as. Itē estus.  
est nomē quarte declinatōis a sybo estuo.

# Folium li

**D**lx̄ beatissima reple cordis intima tuorum fideliū. Sine tuo  
numine nihil est in homine nihil est innoxium.

**H**ic autor dirigit petitōnes ad sp̄msetū dicēs (**O** br̄issima lux) tu  
(reple intima). i. iteriora (cordis, tuorū fideliū). i. in te credētū. q̄ (nihil est  
in hoīe) t̄ (nihil ē innoxium) id ē sine culpa (sine tuo numine). i. h̄rute t̄ grā  
**A**nota. autor in līa petit illuminatōneū seu illustratōneū sp̄üsserti co/  
gnoscēs q̄ lux valet ambulantib⁹ Juxta illud euā. Qui ambulat in luce  
nō offendit se Circa qd sc̄iedū. q̄ q̄libet volēs ipetrare illustratōneū seu il/  
luminatōneū sp̄üsserti detet hatere septē **P**rimo q̄ d̄z esse q̄etus in animo  
vn̄ Elsa. Sup̄ quē requieuit sp̄us almus. **S**econdo detet esse vnic⁹ in fide  
seu in p̄gregatōe fidei catholice **E**nī a simili sicut ignis p̄ divisionē ipsius  
extinguit̄ sic sp̄üssancus p̄ discordiā in hoīib⁹ extinguit̄. t̄ ideo **A**ctuū q̄r̄  
to d̄ **E**c erat omniū credētū cor vnū **L**ercio detet̄ in loco secreto **G**lū  
p̄pheta **D**ucam eam in solitudinē t̄ loquar ad cor eius **Q**uarto detet al/  
sidue orare. vnde dicit de apostolis **E**rant p̄seuerātes vnamiter in ora  
tione **O**h aūt̄ oratio sit necessaria ad receptōem sp̄üssanci ostendit **S**a  
pientie. vñ. Inuocauī t̄ venit in me sp̄us domini. **Q**uinto detet eē humi/  
lis. vñ ps. Qui emit̄is fontes in qualib⁹ id est qui das gratiā sp̄üssanci  
humilib⁹ **S**exto detet esse pacificus. vnde q̄ pax necessaria sit ad recipien/  
dū spiritūsanctū declarat **J**ohannes in euangelio dicens **P**ax vobis. deīn  
de dñs sufflauit t̄ dixit. accipite sp̄mancū. **S**eptimo detet esse in p̄tem/  
platione orationis. qd notatur cū d̄ **A**cceperunt spiritūsanctū in cenacu/  
lo. vbi d̄t glosa **Q**ui sp̄mancū desiderat domicilium carnis mentis con/  
templatione transcendens calcat

**P**ro terminis nota. q̄ intima ponit̄ hic sp̄aliter in neuro ḡne **N**oxi  
us idē est q̄ viciōsus. t̄ deriuat̄ a noīe noīa **I**nde rūc p̄ p̄ositionē innox⁹  
id ē nō nociuus seu mūdus de peccato

**L**aua qd est sordidū. riga qd est aridū. sana quod est sauciū  
**F**lecte qd est rigidū. foue qd est languidū. rege qd est deuiū

**H**ic autor dirigit aliā petitionē ad sp̄mancū dicēs **O** sc̄espūs (laua)  
id ē mūda. sc̄z in nobis (qd est sordidū). i. inūdū (t̄ riga). i. humecta. s. il/  
lud (qd est aridū) in nobis (t̄ sana) sc̄z in nobis (qd ē sauciū). i. infirmum  
(flecte qd est rigidū). i. inflexible in nobis. t̄ (foue). i. inutri (qd est langui/  
dū). i. infirmū (rege). i. ordina (qd est deuiū). i. erroneū.

**D**a tuis fidelib⁹ in te confidentib⁹ sacrum septenarium

**D**a virtutis meritum. da salutis exit um. da perenne gaudiūm

**O** sc̄espūs (da tuis fidelib⁹). i. xp̄ianis (p̄fidelib⁹ in te). i. speratib⁹ in  
te (sacrū septenariū). i. septē dona sacrata. t̄ sc̄elpūs (da meritū virtutis t̄  
exitū). i. finē (salutis) sc̄z eterne (da penne). i. sempiternū (gaudiū

**A**nota. autor in līa p̄ ordinē petit diuersa **P**rimo p̄ccō p̄ absolutōem

i iii.